B. C. D.

DE

IVRISDICTIONE,

QVAM

PERSONAE ILLVSTRES ET NOBILES PER OFFICIALES EXERCERE SOLENT,

SVB

PRAESIDIO

DN. GOTHOFREDI BARTHII,

I. V. D. ET PRACTICI,

PATRONI AC PRAECEPTORIS SVI HONORANDI,

IN ACADEMIA LIPSIENSI

AD DIEM XXX. SEPTEMBR. ANNO MDCXCIIX.

PVBLICE DISPVTABIT

CASPAR A SCHÖNBERG,

EQVES MISNICVS.

LIPSIAE

RECVSA MDCCXXXXVII.

(7)

Digitized by Google

§. I.

Materia jurisdictionis, cum ſit utiliſſima, ſimul etiam eſt difficillima, adeo, ut quidam Dd. exiſtimaverint, nullum in jure locum eſſe tam ſalebroſum, quam illum de jurisdictione. v. CORASIVS *L. 3. Miſc. c. 17. num. 1. in fin.* DVAREN. *c. 1. pr. ff. de Jurisd.* Inde ad veritatem ejus inveſtigandam veteres JCtos ex inferis revocandos eſſe, arbitrati nonnulli, quos citat STEPHAN. *de Jurisd. L. 1. c. 1. num. 2.* quæ difficultas ex eo fere dependet, quod facies illa Rom. Imperii penitus ſit immutata, poſtquam per Carolum Magn. Romanorum regimen in Germanos translatum, ubi & ipſius jurisdictionis ratio in totum innovata eſt, ita, ut illi, qui ſtatum antiquum ad eum, qui nunc eſt, & Jura Civilia his temporibus & magiſtratibus ſine judicio accommodant, oleum & operam perdere videantur. MEVIVS *P. 4. Dec. 290.* ECKOLD. *ad ff. de Jurisd. §. 1.* CARPZ. *Prax. Crim. qu. 109. n. 6.* Dn. THOMAS. *in annot. ad Strauch. Exerc. 20.*

Digitized by Google

§. II.

Hinc alia nobis Juriſdictio Romana, alia Moderna. De priori multi Dd. multa, ſatis prolixe, ſed ad hodiernum uſum parum facientia, tractant: remitto curioſum antiquæ Jurisprudentiæ perſcrutatorem ad TOB. PAVERMEISTER *Tr. de Juriſd. L. 1. per tot.* cui jungi poteſt Bernh. Suthold. Math. Stephani, Arnold Engelbrecht, Jacobus Menochius, Gerhard Noodt, Thomas Michael, Georg Obrecht, Arnold Vinnius, Johannes Verſtegen, aliique numero fere innumerabiles. Vid. HVBER. *Prælect. ad ff. h. t.* Dn. SCHILTER. *Exerc. ff. 6. §. 1.* Nos miſſis ſuperiorum temporum antiquatæ jurisdictionis ſpeciebus, eam in præſentiarum pertractabimus, quam Illuſtres Perſonæ & Nobiles in caſtris, pagis, aliiſque prædiis ſuis per Actuarios hodie exercent; quæ definiri poteſt, quod ſit poteſtas de cauſis obvenientibus cognoſcendi, de cognitis ſtatuendi, & ſtatutum exequendi Illuſtribus perſonis & nobilibus competens. *conf.* IOH. IAC. WISSENBACH. *Comm. ff. L. 2. Diſp. 6. th. 31. p. m. 25.* Nam etſi jurisdictionem alias in ſimplicem, ſeu notionem, & imperium dividant, illæ tamen proprie loquendo ſpecies jurisdictionis non ſunt, ſed partes tantum, & diverſæ illius operationes ſeu effectus. *arg. l. 3. ff. de Juriſd. L. 1. §. un. ff. de off. cj.* cui *add. Struv. Ex. 4. th. 60.* adeo, ut tribus quodammodo partibus conſtet plena jurisdictio, 1) cognitione cauſæ, 2) poteſtate ſtatuendi, & 3) ſtatutum exequendi; harum una deficiente, non tam jurisdictionem, plenam ſcil. proprie ſic dictam, quam unam vel alteram partem ſaltim illius, ſeu, minus plenam, & imperfectam habere

habere quis dici poterit. Sic cum potiſſimum jurisdictionis formale in facultate juris dicendj conſiſtat, notio ſimplex talis vocari nequit: & cum jurisdictio ſine coërcitione modica nulla ſit, vel admodum imperfecta, *arg. L. fin. ff. de off. ej. cui mand.* nec ſtatuendi poteſtate ea abſolvetur: Exequendi autem facultas, cum notionem, & ſententiam, ut extremum jurisdictionis, demum ſequatur, adeoque ſe ut miniſtra ſaltim & executrix earum quodammodo habeat, nec ipſa ſola jurisdictio proprie appellari poterit. Omnes igitur res iſtæ jurisdictionis facultates, ſeparatim licet quandoque exiſtentes, ut partes integrantes, plenam & perfectam jurisdictionem, ut totum integrale, conſtituunt: & talis jurisdictionum nobilior ſpecies κατ' ἐξοχὴν Illuſtrium perſonarum & nobilium hic nobis definita eſt; hujusmodi autem tres partes & operationes jurisdictionum hodienum etiam adhuc diſtinctas quandoque & ſeparatas eſſe, ex iis, quæ Dn. SAM. STRYK. *in Uſ. Mod. ff. L. 2. T. 1. §. 9. & 10. p. m. 180. & 181.* tradit, videre eſt.

§. III.

Ratione objecti dividitur hodie (1) in Civilem & Criminalem; & Jure Saxonico in Baſſam, ſeu Inferiorem, die Erb-oder Unter-Gerichte, über Güld und Schuld; & Altam, ſeu Superiorem, die Ober-Gerichte, Peinliche Hals-Gerichte, Blutbahn, wenn die Klage an Haut und Haar gehet. Item: So an Hals und Haupt gehet, & das Zent-Gerichte. Vid. MATTH. WEHNER *in Obſ. Pract. voc.* Zent. PETR. THEODOR. *in Colleg. Crim. c. 10. a. 5. lit. a. num. 8. p. 1361.* Vtraque in inveſtituram literis conceſſa, ſæpius per verba: Die Gerichte Oberſt und Niederſt

exprimi ſolet. Quæ vero cauſæ ad unamquamque earum pertineant, videri poteſt *ap. Carpz. L. 1. R. 49. & in Prax. Crim. P. 3. qv. 109.* COLER. *Pr. Exec. P. 2. c. 1. num. 134. fol. 270.* (2) in ſecularem, quæ in cauſis ſecularibus; & eccleſiaſticam, quæ in rebus, perſonis & cauſis eccleſiaſticis, (ad quas etiam matrimoniales ſpectant) obtinet CARPZ. *Conſiſt. L. 1. def. 7.* (3) in feudalem, quæ domino feudi, vi dominii directi in cauſis feudalibus competit, inter vaſallos de feudo concertantes. *1. F. 18. 2. F. 15. & 2. F. 55. §. præterea ult.* vel Paribus Curiæ, ſi vaſallum inter & dominum lis vertatur, aut alias dominum ſaltim per indirectum ea concernat. *2. F. 16. & 39. §. ſi inter.* item *2. F. 46.* & allodialem, quæ circa cauſas non feudales occupatur. Item in foreſtalem, die Förſtliche Obrigkeit, quæ in cauſis ſylvas & venationes attinentibus, ſe exerit. Duabus enim conſtat partibus integrantibus, jure foreſtali in ſpecie ſic dicto: Die Forſt-Acht, & Banno ferino, Wild-Bahn. Illud curam ſylvarum & nemorum, ne exſcindantur vel devaſtentur, aliaque, de quibus vide ſis MATTH. WEHNER. *obſ. Pract. voc.* Forſtrecht *p. m. 117.* continet, cujus Præfectus vocatur, der Forſt-Meiſter. Hoc vero jus venandi ſaltim, cum jure prohibendi, reſpicit; hujusque Præfectus, der Jäger-Meiſter appellari ſolet. Qui igitur utroque gaudet, foreſtalem jurisdictionem habere dici poteſt, teſte SPEIDELIO *in Spec. Jur. voc.* Forſt. *f. m. 346.* & JOH. MEVCHSNER. *in Dec. Nov. Cam. Imp. Tom. 2. L. 2. Dec. 2. n. 32. fol. m. 66.* Solum igitur jus foreſtæ, vel venationum, nullam jurisdictionem foreſtalem tribuit. AHASV. FRITSCH. *Tr. de Jur. Venat. conſ. 28. n. 8. f. m. 217.* Neque foreſtalis juris-

Digitized by Google

jurisdictio ſe longius extendit per ſylvam, quam qua circa ſylvam, vel venationem peccatum: Si enim alias homicidium in ſylva commiſſum, inquiſitio ad jurisdictionem foreſtalem non pertinet. Dn. STRYCK. *in Vſ. Mod. ff. L. 2. T. 1. §. 16. p. m. 188.* Quomodo autem a jure venandi differat jus ſylvas cingendi & feras includendi, das Jagen und Hagen, vid. MATTH. WEHNER. *Obſ. Pract. voc.* Forſtrecht. *p. m. 115.* (4) Ratione ſubjecti in perſonalem, & realem, ſeu patrimonialem, illa cum perſona, illiusve officio extinguitur, quo militaris Ducum, item Rectoris. Conſulis vel Prætoris referenda; Hæc cum ipſo feudo in hæredes transmittitur, inde ſic dicta, quod jurisdictio Nobilium, & Illuſtrium perſonarum æque, ut aliæ res, hodie in bonis eſſe, certoque pretio æſtimari, (Es werden die Gerichte bey Ritter-Gütern und Herrſchaften auch um ein gewiſſes angeſchlagen,) & in hæredes transmitti ſolet. *confer.* PAVERMEISTER *de Juriſd. L. 2. c. 20.* MYLER. ab Ehrenbach, *de Prin. Stat. Imp. c. 48. §. 15.* De hac, non illa, nobis hic agendum.

§. IV.

Subjectum, QVOD, jurisdictionis patrimonialis ſunt omnes, qui cum feudis eam acquiſiverunt, citra differentiam, (1) ſexus: Cum hæc jurisdictio prædio cohærere ſoleat, ut proinde nullum ſit dubium quoties ad fœminas devolvitur feudorum ſucceſſio, toties pleniſſimum jurisdictionis exercitium, tam in civilibus, quam criminalibus ad easdem pervenire. CARPZOV. *de jure Fœminar. Singul. Dec. 9. poſ. 1. n. 34.* (2) Dignitatis, ſive quis nobilis ſit, ſive ignobilis. De utroque accipienda ea, quæ Dn. STRYK. *in Vſu Mod. ff. tit.*

ff. tit. de judic. §. 8. aſſerit, quod ſi aliquis jurisdictionem patrimonialem in feudo ſuo exercere velit, ſi ſit annorum 18. curatore amplius ad id opus non habeat, ſed gaudeat facultate judicandi jure communi conceſſa, *l. 57. pr. ff. de R. jud.*

§. V.

Quoniam autem prædia poſſunt eſſe ſine jurisdictione, & interdum jurisdictio ſine prædio, ANTH. FABER. *in Cod. lib. 3. tit. 12. def. 28.* CARPZOV. *l. 5. R. 15. n. 5.* Inde evenire ſæpius ſolet, ut alius directum habeat dominum, alius ibidem exerceat jurisdictionem. Inde Sereniſſimus Sax. *in Ord. Prov. Sax. tit. 26. §.* Wird ſichs auch, expreſſe ſancivit, ſi hypotheca in ejusmodi bonis conſtituenda, utriusque conſenſum adhibendum eſſe. Facit huc Reſponſum Dn. Scab. Lipſ. M. Nov. an M. J. zu Mücheln. D. a. d. in bonis emphytevticis, dergleichen die Untermühle zu Mücheln iſt, zu Erlangung einer gerichtlichen Hypothec, wenn der Dominus directus nicht zugleich Gerichts-Herr iſt, vermöge der Churfl. Sächſ. Proc. Ordn. beydes des Lehns- und Gerichts-Herrns Conſens zugleich, und conjunctim erhoben werden ſoll, und in gegenwärtigen Fall, nur der Rath zu Mücheln, unter deſſen Jurisdiction beſagte Mühle gelegen, in die Verpfändung gewilliget, hingegen von Herrn D. M. als Erb-Zinß- und Lehn-Herr dergleichen nicht geſchehen, dieſem nach die Margarethen W. verſchriebene Verpfändung vor beſtändig nicht zu achten, noch die Mühle dergeſtalt, daß von euch, als tertio poſſeſſore die Einräumung derſelben, biß Kläger ihres Capitals und Zinſen halber daraus vergnüget, könne gefodert werden, afficiret, u. m. i. e. ſ. So möchtet ihr der Einlaſſung auf

die

die von Margarethen W. angebrachte hypothecariſche Klage euch gar wohl entbrechen. v. R. w.

§. VI.

Non autem eadem ſemper nobilium (ſub quorum appellatione generica & Illuſtres perſonas impoſterum ſubintellectas volo) eſt jurisdictio; alia enim temporalis, alia perpetua eſſe ſolet. Illa ex titulo plerumque oneroſo acquiritur, per modum contractus, v. g. Locationis conductionis. SCHVTZ. in *Comp. Lauterb. ad Tit. de Loc. Cond. p. m. 371.* ſub quo titulo multæ civitates hodie jurisdictionem exercere ſolent. CARPZ. *L. 2. T. 2. R. 11. & L. 5. T. 3. R. 15.* ubi & in dubio prædio, cui jurisdictio cohæret, locato etiam locatam videri, tradidit; quod tamen Dn. D. STRYK. *in Tr. de Cautel. S. 2. c. 9. §. 11.* tum demum admittit, ſi generatim omnes pertinentiæ ſimul locatæ fuerint: Das Gut mit allen Zugehörungen, Rechten und Gerechtigkeiten, nichts darinnen ausgenommen. Alias JCti omnem ſimul locatam negant, cum jura magni momenti non facile cenſeantur transferri, niſi exprimantur. *conf.* STEPH. *l. c. L. 1. c. 38. num. 41. p. m. 239.* STRVV. *S. J. F. c. 6. Aph. 18. n. 4.* & CARPZ. ſibimetipſe contrarius *Diſp. Feud. c. 4. §. 24.*

§. VII.

Perpetua, modo ex inveſtitura, modo ex præſcriptione venire ſolet. Quoad præſcriptionem quidem diverſæ ſunt Interpretum ſententiæ. BALDVS *in Tit. Feud. March. in Uſib. Feud.* eam, quia publici

juris eſſet, præſcribi poſſe dubitat; Ipſe tamen in *repetit. ad Leg. Imper. 3. ff. de Juriſdictione Col. 4. & 5. verſ. ſed quæro, an imperium de Juriſd. omn. jud. &c.* & alii, quos adducit PAVRMEISTER *de Juriſdict. Lib. 1. c. 21.* contrarium defendunt. Licet enim olim, antequam effecta eſt hæreditaria, dubitare de hoc facilius potuerit, hodie tamen, ex quo patrimonialis eſſe, fundoque cohærere incepit, extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, quod præſcriptione ſuperior æque ac inferior acquiri poſſit. STRVV. *S. J. C. Ex. 4. th. 89.* conf. *Volckm. Proc. Crim. P. 3. conſ. 13. n. 14. ibique Dd. alleg.* non tamen a privato, qua tali, ſed qui diſtrictum jure magiſtratus jamjam poſſidet.

§. VIII.

Alter modus acquirendi per inveſtituram hodie eſt uſitatiſſimus, ubi tamen infeudationis tenor diligentiſſime attendendus, qui quandoque ſpecialis & minus, quandoque generalis & plus dubitationis habet, STEPHAN. *l. c. c. 38. n. 5. 6. p. 236.* Etſi quidem in literis inveſtituræ nulla prorſus jurisdictionis facta ſit expreſſa mentio, in dubio jurisdictio pro translata non habetur, tametſi anteceſſor ea gaviſus ſit; cum nec eſſentiæ feudi aut jurisdictionis repugnet, ut alius feudum, alius jurisdictionem illius habeat; e contrario feudum etiam ſine jurisdictione ſuas utilitates præſtet. Sin generaliter prædium aliquod cum jurisdictione, mit denen Gerichten, Gerichtsbarkeiten, in feudum aliquis acceperit, non niſi inferior conceſſa creditur, & ſibi imputare debet vaſallus, quod legem feudalis contractus non dixerit apertiorem, *arg. l. 99.*

ff. de

ff. de V. O. Et quamvis ob generalitatem vocabuli juriſdictionis utramque potius translatam intelligi cum CARPZOVIO *P. 2. C. 40. def. 6.* ſtatuat LAVTERBACH. *in Comp. ff. h. t. lit. e. p. 31.* quia tamen Conceſſiones principum ita ſemper in dubio ſunt interpretandæ, quo minus authoritas & ſuperioritas illorum minuatur, ſub generali appellatione Superior juriſdictio, utpote majoris momenti & præjudicii vix comprehenſa cenſetur, etiamſi feudo antea cohæſerit. STRVV. *S. J. F. c. 6. Aph. 10. n. 4. p. m. 195. & Aph. 18. n. 4. p. 209.* LVDWEL. *Syn. J. F. c. 12. p. m. 223.* BORCHOLTEN *in Comm. J. Feud. c. 6. n. 35. p. 99.* niſi alia voluntatis conjectura & interpretatio ex circumſtantiis deſumi poſſit, veluti ſi prædium aliquod cum omnibus pertinentiis, mit allen Zugehörungen, vel, cum omnimoda, aut pleniſſima juriſdictione in feudum conceſſerit, his fortaſſe verbis: Wir belehnen dich mit dieſen Flecken, ſammt allen Gerechtigkeiten, vel: Sammt aller Obrigkeit. Vid. RICHTER. *P. 3. Dec. 109. n. 17.* CARPZ. *in Diſp. Feud. 4. th. 24.* eoque caſu & merum & mixtum imperium ad vaſallum tranſire ait. *arg. L. 7. §. fin. ff. de off. Proc.* add. SCHNEIDEW. *in Epitom. Feud. P. 2. n. 91. p. 139.* nunquam tamen cum mero imperio regalia translata intelliguntur, niſi facta ſit conceſſio feudi, mit aller Herrligkeit, dummodo is cui talis conceſſio facta, eorum capax ſit. IOH. WVRMSERVS *in Faſc. Jur. Publ. Ex. 3. th. 10. p. m. 111.* WEHNER. *Obſ. Pract. in voc.* Herrligkeit. Atque hæc quidem in acquiſitione feudi novi ita ſe habent, in antiquo vero, per ſucceſſionem ad deſcendentes, vel agnatos devoluto, ex primæ inveſtituræ literis, poſte-

riores interpretandæ, adeoque licet in renovationum literis jurisdictionis expreſſa mentio haut reperiatur, dummodo in primorum acquirentium breviculo ea contineatur, ex illo harum interpretatio petenda erit. STRVV. *S. J. F. c. 1. aph. 11 n. 3. p. m. 38. & c. 8. aph. 8. n. 5. p. m. 575.* conf. STEPHAN. *de Jurisd. L. 1. c. 38. n. 8. ſeqq. p. 236.*

§. IX.

Subjectum QVO, ſunt Officiales ſive Actuarii. Qui deſcribi poſſunt: quod ſint perſonæ publicæ authoritate domini jurisdictionis ad hoc conſtitutæ, ut judiciorum acta conſcribant, actusque jurisdictionales rite & legaliter dirigant atque expediant. Oportet igitur conſtituentes eſſe jurisdictionis dominos, ordinariam ſcil. jurisdictionem habentes. CARD. TVSCH. *Tom. 5. voc. Notarius concl. 70. n. 17. & 18. fol. m. 528.* niſi cui talis poteſtas vel ſpeciali pacto aut conſuetudine conceſſa ſit, veluti de præfectis in ſubſequ. §. 14. audiemus: Vnde regulariter nec conductor prædii nobilis novum Actuarium judicio præponere poteſt. Reliqua definitionis verba duplex eorum officium indigitant, quod conſiſtit, partim in conſcribendis actis, partim in actibus jurisdictionalibus expediendis: niſi enim & actus jurisdictionales expedire poſſent, a nudis Copiſtis & Regiſtratoribus parum differrent; econtrario qui exercitium duntaxat jurisdictionis, non etiam acta conſcribendi munus haberet, Actuarius minime dici poſſet, ſed jurisdictionis ſaltim præfectus; prout in præfecturis quoque diſtincta hæc duo, præfecti ſcil. des Ambtmanns, qui jus reddit, actusque jurisdictionales

les exercet; & Actuarii, des Ambts-Actuarii, qui conſcribendis actis eſt præpoſitus, officia deprehenduntur. Sic & nobiles nonnunquam præter Actuarios ſuos habent judicii directores, Gerichts-Directores, a quorum directione & mandato Actuarii dependent. Vtro autem modo, præſcriptionis vel inveſtituræ, quamcumque etiam ſpeciem jurisdictionis nobiles acquiſiverint, legitimo ad hoc conſtituto judicio, per Actuarium eam exercent: ipſe tamen Actuarius non niſi miniſter ſaltim eſt, nullamque penitus, ne mandatam quidem jurisdictionem habet, ſed nudum exercitium, *arg. L. fin. verb. qui vel certæ adminiſtrationi. C. Vbi & apud quem*, quod a jurisdictione longius differre oſtendit HVSANVS *de Hom. Propr. p. 174. n. 88.* Quia non niſi præſcitu & mandatu domini jurisdictionis actus exercet. *arg. L. 17. §. 1. de Manum. vindict.* Aliud eſt, ſi ipſi a domino jurisdictionali exercitium jurisdictionis plenarium ſpeciali conventione commiſſum ſit, ita ut locum judicis repræſentet, omniaque injuſſu domini, agat atque expediat; tali enim caſu mandatam aut delegatam jurisdictionem eis tribuere nullus ambigo. *arg. Deciſ. El. Nov. Sax. verb.* Es wäre denn, daß dem &c. Quo tempore autem nobiles judiciis ſuis Actuarios præponere cœperint, non ſatis liquido conſtat. Ab initio quidem, cum viva voce, ſine ſcriptis, lites fuerint agitatæ, judiciaque habita, poterant etiam nobilium judicia carere Regiſtratore, ſeu Actuario, quod probant fragmenta jurium, quibus populi ſunt uſi, literarum plane rudes. HENR. GIESBERT. *Peric. ſtat. art. 2. n. 6. 7.* Poſtquam vero illæ, & frequentiores, & hominum malitiæ deteriores eſſe cœperunt, neceſ-

ſitas efflagitavit, ut acta in judiciis ſcriptis notentur, v. CARPZOV. *Dec. 201. n. 15. & in Proc. Tit. 2. art. 4. n. 41.* & ita non tantum in judiciis, ubi lites agitantur & deciduntur, ſed in quovis ſenatu, ubi conſilia expediuntur, & unde Conſtitutiones, Statuta & alia ejusmodi emanant, Officialium ſive Actuariorum, vel (ut alio potius nomine vocari volunt) Secretariorum uſus eſſe cœpit. Vid. Dn. SCHILT. *de Secret. c. 3.* quam rationem ſecuti poſtea etiam nobiles, judiciis ſuis adhibuere Actuarios, Gerichts-Verwalter, conf. STYPMANN. *de Referend. c. 1. n. 74. p. 177.* Non tamen ſolus Actuarius judicium conſtituit, nec actum aliquem judicialem exercere poteſt, ſed Scultetus inſuper cum duobus aut tribus Scabinis requiritur. *Ord. Proc. Sax. T. 2. §.* alſo verſehen wir *&c. verb.* ſolche Gerichte mit ehrlichen, aufrichtigen, unbeſcholtenen, untadelhaftigen, und nach iedes Orths Gelegenheit qualificirten, auch darzu ſonderlich geſchwohrnen Perſonen beſetzen. Tales autem judicii perſonas nobilis ſolus conſtituit, eosque judicio ſuo jurejurando obſtringit, etiam ſine præſentia ſubditorum. CARPZOV. *L. 1. T. 10. Reſp. 99. num. 4.* COLER. *Proc. Exec. P. 2. C. 1. num. 131. fol. 269.*

§. X.

Requiſita autem Actuarii, tum vitam ipſius, tum eruditionem maxime concernunt; hinc pro inhabili omnino eſt habendus, contra quem decreta inquiſitio. Judicia enim perſonas integræ famæ requirunt. Unde criminis alicujus accuſatus, ſeu inquiſitus, tali muneri præficiendus non eſt, quin ſuſcepto jamdum officio

officio ob crimen aliquod inquiſitionem incurrens, ab eo ſuſpenditur, maxime ſi circa officium deliquerit, & crimen, cujus inſimulatur, pœnam infamiæ importet, veluti concuſſionis, falſi, &c. Sin famoſum non ſit, nec a ſuſcipiendo, nec ſuſcepto Actuarii munere removendus erit; quia non inquiſitio, ſed cauſa, ſeu delictum infame famam & fidem minuit. *arg. l. 22. ff. de his qui not. infam.* quod prolixius ſuo Reſponſo comprobarunt Dn. Scabini Lipſ. M. Maj. An. 1690. D. a. d. eurem Berichte nach die Inquiſition bloß um deßwillen, daß derſelbe der Univerſität zu N. ſchuldigen Reſpect hindangeſetzet, und ſie mit ſchimpfflichen Imputationibus angegriffen, wider ihn angeordnet worden, welches Verbrechen, ob es wol ſtraffbahr iſt, dennoch alſo nicht beſchaffen, daß er ſo fort vor untüchtig und verluſtig ſeiner Officiorum zu achten, weil hierunter nicht ſo wol auff die Inquiſition, als auff das Delictum, und die Urſache, um welcher willen dieſelbe geſchiehet, und ob ſie eine infamiam nach ſich ziehe, oder auch eines Inquiſiti fidem minuire, zuſehen, dergleichen regulariter, und wenn nicht abſonderliche Umſtände dabey mit unterlauffen, die injuriæ nicht ſeynd; So möget ihr auch bemeldten N. dieſer von euch angeführten Inquiſition ungeachtet, bey dem Rath-Stuhle zu N. wol dulden, und da ihr ſonſt ſolches gemeynet, ihn auff ſein Anſuchen bey dem Stadtſchreiber-Dienſte laſſen, v. R. w.

§. XI.

Neque tamen Actuarius ob motam contra eum in uno judicio inquiſitionem in alio pro ſuſpecto habebitur, ita, ut quicquid in hoc altero egerit, aut ſcripſerit, fidem non mereatur, ſed invalidum & irritum

ſit.

ſit. Sic cum ante annum, & quod excurrit, contra aliquem in civitate G. mota eſſet inquiſitio, & nobilis, cujus judicii ille Actuarius erat, pendente inquiſitione, coram eo teſtamentum judicialiter depoſuiſſet, idque deinde quidam ex nobilis conſanguineis hinc impugnaret, quod dictus Actuarius, der Gerichts-Verwalter, apud Senatum oppidanum G. in inquiſitione tum fuiſſet, eumque adeo teſtamentum valide recipere haut potuiſſe, ſed Regiſtraturas illius omni fide deſtitui; hujus quidem ſententiam ſuo quoque calculo probavit Facultas Witteb. ad requiſ. D. C. D. zu Leipzig M. Jul. An. 1697. quia autem Actuarius iſte in illo civitatis G. judicio, durante inquiſitione a munere poſtulandi haut fuerat excluſus, multoque minus jamdum convictus, vel condemnatus, cum ſola tamen condemnatoria ſententia infligatur infamia, teſte SCHVTZ *in comp. Lauterb. ad Tit. ff. de his qui not. p. 62.* & ſi quæ etiam fori interdictio, & ſuſpenſio a Praxi in civitate iſta facta fuiſſet, illa tamen ultra limites illius judicii ſe non extenderet, in hac eadem cauſa pro Actuario, illiusque actuum in nobilis judicio celebratorum validitate, ad conſultationem L. J. S. B. in Leipzig. M. Mart. An. 1697. Dn. Scabini Lipſ. pronunciarunt. Ita nec partibus nocebit, ſi Actuarius falſi aliquando condemnatus fuerit, idque ignoraverint. *arg. §. 7. Inſt. de Teſtam. Ord. L. 3. ff. de off. Prætor.* CASPAR. ZIEGLER. *ad ord. Proc. T. 2. p. 19.*

§. XII.

Præter famam vero vitæque integritatem & eruditio in Actuariis requiritur. Imperiti igitur a tali fun-

functione arcendi ſunt: ne imperitia eorum, & litigantibus, & ipſi judicio, jurisdictionisque dominis maximo nocumento ſit, ſiquidem ob abuſum jurisdictionis & juſtitiæ ipſa jurisdictio amitti poterit. vid. ZIEGLER *in Dicaſt. Concl. 1. §. 4. p. 33.* MENOCH. *Arbr. Jud. quæſt. L. 1. qu. 76.* PHILIPP. *ad Ord. Proc. T. 2. conſid. 2. num. 10.* LANGE *in Iſag. Proc. c. 8. num. 9.* Unde non raro graves ruſticorum de exceſſibus, & inſcitia Actuariorum nobilium, der Adelichen Gerichts-Verwalter, audiuntur querelæ. vid. FRITSCH. *de Peccat. Nobil. concl. 11.* cui malo remederi voluit Sereniſſimus Saxo *in Ord. Proc. T. 2.* dum jurisdictionem habentibus injunxit, ut judiciis ſuis eruditum & idoneum præponant Actuarium, einen tüchtigen und geſchickten Notarium, quod repetitum legimus *in Reſolut. Gravam.* Tit. von Juſtitien-Sachen. §. 22. verſ. in allen Aemptern und Städten. *&* *in Deciſ. Nov. 38.* cum quibus convenit *Ord. Polit. Gothan. P. 2. T. 6.* Laudanda igitur illorum conſuetudo eſt, qui in eligendo Actuario ſcrutinium inſtituunt, inque mores, doctrinam & agendi promptitudinem candidatorum inquirunt, optimumque ex iis eligunt, conf. STYPMANN. *de Ref. c. 3. n. 22.* quem citat Dn. SCHILTER, *de Secretar. c. 4.* Sane cum in foro Electorali Sax. poſt Doctores & Licentiatos nemo, niſi prævio examine a Facultate juridica approbatus ad poſtulandum admittatur, optandum, ut & in Actuariis conſtituendis idem obſervaretur, cum plus ſæpe damni horum, quam Advocatorum imperitia, & partibus, & toti judicio afferre poſſit, dum judicis vice defunguntur,

guntur, omniaque ab eorum voluntate & directorio dependeant.

§. XIII.

Suppoſitis ita his, & vitæ & eruditionis requiſitis, ut fides quoque eorum certa, & omnibus probata ſit, ſuaque Protocollo, & aliis ab ipſo conſignatis, fides conſtet & authoritas, jurisjurandi religione ſolenniter obſtringuntur, & quidem in præſentia ſubditorum; quibus, ſpecialiter ad hoc convocatis, dominus, aut illius nomine alius, neceſſitatem conſtituendi Actuarium exponit, eidemque ipſis præſentibus partes Actuarii publice confert, hortatus ſimul eum, ut officio ſuo rite, & ex conſcientia, ſine ullius perſonæ reſpectu, defungatur. Quo facto notarium, cum duobus teſtibus ad hunc actum ſpecialiter rogatum, requirit, ut juramentum ab illo ſumat, & eo præſtito, deſuper inſtrumentum conficiat; Quod Libris deinde judicialibus, denen Gerichts-Büchern præmittitur. Churfürſtl. Sächſ. Proc. Ordn. *Tit.* 2. *§. fin.* Et quamvis de jure regulariter ſufficiat, ſi Actuarius ipſi nobiſi, tanquam jurisdictionis domino, remotis ſubditis, juraverit, in iis cauſis, ubi commodum domini non vertitur, BERLICH. *P. 1. concl. 8. num.* 56. quia tamen etiam nobilem inter & ſubditos controverſiæ coram Actuario ventilandæ oriri poſſunt, præſentia quoque ſubditorum opus eſt. Churfürſtl. Sächſ. Proc. Ordn. *Tit.* 2. *§. fin.* Proinde juramentum Actuarii legitime conſtituendi, tum dominum, tum ſubditos

tos

tos concernit; atque hinc vel maxime in præſentia ſubditorum præſtari debet, quo ſic tali Actuario eo majorem tribuant fidem, ſi ipſum juramentum audiverint, omnisque iis adimatur metus & ſuſpicio, quaſi domino jurisdictionis colliriganti fortaſſe cum illis, magis addictus ſit. CARPZ. *Proc. T. 2. art. 4. n. 69.* PHILIPP. *ad O. P. tit. 2. conſid. 1.* Præſentia igitur ſubditorum in tantum neceſſaria eſt, ut licet, iis tamen non præſentibus, juraſſet, actus judiciales ab eo geſti, actaque in præjudicium ſubditorum conſcripta nullius effectus aut momenti ſint. PHILIPP. *Ord. Proc. T. 2. conſid. 4. n. 4.* atque hinc in cauſa der Gemeinde zu L. contra Adolph von S. a Dn. Scab. Lipſ. M. Jul. An. 1693. Præfecto Lipſ. reſponſum eſt: Würde der von S. daß Henrich S. in Beyſeyn der Unterthanen zun Acten geſchworen habe, beybringen, ſo iſt es bey denen am 11. und 18. Oct. 1692. ertheilten Abſchieden, ſo wol denen darauf ergangenen Verordnungen, billig zu laſſen, quem quidem defectum ſupplere poterit nobilis, ſi ex poſtfacto Actuarium jurejurando retro confirmari faciat Acta & Regiſtraturas præſentibus ſubditis, qua de cautela vid. Dn. RIVINUS, Patronus ac Hoſpes ætatem honorandus *in ſpec. Except. Forenſ. cap. 33. num. 5.* Sin vero talis, ſine præſentia ſubditorum, juramento obſtrictus, vel prorſus injuratus Actuarius moriatur, nullum ſupereſt medium, quo acta iſta retro convalidari poſſint, cum pro eſſentiali requiſito id exigatur.

§. XIV.

Quod de illis quidem judiciis, in quibus patrimonialis exercetur jurisdictio, dubio caret cum tex-

tus *in Ord. Proc. Sax. Tit. 2. §. fin.* de iis expreſſe loquatur; ob rationem ibi adductam; quo domini jurisdictionis, coram eodem ſubditos cum effectu convenire poſſint: at ſecus ſe res habere videtur in principum præfecturis, cum enim præfecti non inter principem & ſubditos judices conſtituantur, ſed ſubditis tantum præponantur, & ſoli Domino, ſeu principi ſuo, de adminiſtranda inter ſubditos juſtitia, juratam fidem promittant, nec ſubditorum quoque opus eſt præſentia. Quod eo usque extenditur, ut talis præfectus etiam Sub-Actuarium, ſine requiſitione & præſentia ſubditorum conſtituere, & juramento obſtringere poſſit, ſufficiatque ſi de juramento ad judicium & acta præſtito ipſe atteſtetur, prout in ſimili Dn. Scab. Lipſ. M. Maj. An. 1689. an J. M. zu D. reſponderunt: Hat ein A S. in dieſem Churfürſtenthum Sachſen, zu dieſen ihme anvertrauten Ambte über den ordentlichen Actuarium noch einen Vice-Actuarium beſtellet, und denſelben mit der uns zugeſchickten Eydes-Notel beleget; Nachdem nun ſolche auf rechtshängige Proceſſe zwiſchen ſtreitenden Partheyen mit gerichtet, der A S. ſelbſt die Regiſtratur wegen der Vereydung gehalten, außer ihme ſolche niemand unterſchrieben, auch die Vereydung nicht in Gegenwart der geſambten Unterthanen vorgangen, ſo will anietzo, ob nicht damit nulliter verfahren, Zweiffel entſtehen; Ob ihr nun wol anführet, daß in der Churfl. Sächſ. Proc. Ordn. Tit. 2 denen, ſo mit Gerichten beliehen, oder dieſelbe in Ubung haben, daß ſie die Actuarios zu denen Gerichten vereyden laſſen ſollen, anbefohlen, daraus denn, daß ſie es nicht ſelbſt thun mögen, zu inferiren, inmaſſen auch in ermeldter Proceß-Ordnung, daß dergleichen Vereydung in Beyſeyn derer

Unter-

Unterthanen geſchehen ſolle, diſponiret. D. a. d. was an angezogenen Orte in der Proc. Ordn. enthalten, nur von denen, ſo patrimonial Jurisdiction haben, und ſelbſt zu denen Gerichten nicht vereydet, dasjenige auch, was von der Unterthanen Gegenwart ſanciret, gleichfals nur von denſelben, und zu dem Effect, damit die Gerichts-Herren vor ihren eigenen Gerichten ihre Unterthanen mit Beſtande belangen mögen, diſponiret, die A S. hingegen dieſer Lande ſelbſt zu denen Gerichten und Acten vereydet, und ihre Regiſtraturen ſowohl, als die von denen Actuariis gefertiget, publicam fidem vor ſich haben, und nicht eben nöthig, daß die geſambten Gerichts-Perſonen die Acta neben dem Schöſſer oder Actuario unterſchreiben, weil auch ein Schöſſer nicht ſeine eigene Gerichte verwaltet, von ihme, daß wenn er von Vereydung eines Actuarii, oder Vice-Actuarii atteſtiret, er teſtis in propria cauſa ſey, nicht geſaget werden mag, im übrigen zum Uberfluß in gegenwärtigem Falle ein Ausſchuß derer Ambts-Dorffſchaften bey des Actuarii Vereydung geweſen, und weil der Sämbtlichen Meldung geſchehen, nicht nöthig iſt, dieſelben abſonderlich zu ſpecificiren, hiernechſt der Eyd an ſich ſelbſt gebührlich eingerichtet, und daß der Actuarius auf rechtshängige Sachen vereydet, daraus gnugſam zu erkennen. So iſt auch mit Vereydung des Vice-Actuarii, vom den eure Frage meldet, keines weges nulliter, ſondern gebührend verfahren, v. R. w.

§. XV.

Num vero Actuarius neceſſario debeat eſſe Notarius, quæri ſolet? affirmat id CARPZOVIUS in jure Saxonico propter *Ord. Proc. Sax. Tit. 2. §. fin.* verba

 einen

einen tüchtigen und geſchickten Notarium, &c. adeo, ut omnia coram Actuario non-Notario geſta nullitatis vitio laborare exiſtimet *in Proc. Tit. 2. art. 4. n. 52.* quo de tamen non immerito dubitat PHILIPPI *ad Deciſ. Nov. 38. Obſ. 2. n. 44.* cum (1) in d. ord. Proc. non expreſſe fiat mentio Notarii Cæſarei ſolenniter creati, (2) vocabulum Notarii ſit πολύσημον, omnesque in jure noſtro Notarii dicantur, qui excipientes verba dictitantis per notas & compendia ſcribunt. *l. 40. pr. ff. de Mil. teſt. L. 33. §. 1. verb. qui notis ſcribunt Acta Præſidium ff. ex quib. cauſ. Maj.* quibus addendum (3) quod in ſubſequenti *§. fin.* potius ſimplices Actuarii Notariis expreſſe præferantur, in eo, dum Notarii ad munus Actuarii admovendi, ad inſtar aliorum Actuariorum juramento jubentur obſtringi, verb. wie auch, &c. ergo oportet quoque eſſe Actuarios alios non-Notarios, ad quorum exemplum Notarii, tali caſu, jurejurando obligandi; norma autem ſuo normato præſtantior, & ſic Actuarius ſimplex Notario; ſiquidem Notario qua tali fides haut tribuitur, bene tamen Actuario jurato. Ut adeo exinde appareat, in præc. §. vocem Notarii in latiori tantum ſenſu, & pro ſynonymo Actuarii accipi. Neque (4) in *d. §. fin.* de Notariis in Actuarios ordinarie eligendis agitur, ſed de eo ſaltim caſu, ſi forte in locum ſuſpecti vel mortui Actuarii, nondum electo alio, ad certum expediendum actum judicialem a nobili requiratur Notarius Cæſareus juratus, diſponiturque, quod is, ad inſtar alterius Actuarii, ante omnia ad illum actum juramento obſtringendus ſit, quia licet tanquam Notarius Imperatori, aut Comiti Palatino, non tamen domino hujus jurisdictionis, & ſub-

Digitized by Google

ſubditis illius juraſſet, niſi jam tum, forte ut in alio ejusdem domini judicio conſtitutus Actuarius, in genere ad judicia illius, h. e. ad fideliter conſcribendum acta judicialia juraverit, quod fieri quotidie in judiciis videmus, quoties abſente, vel ægrotante unius Collegii Actuario, alterius Actuarius, vel Sub-Actuarius vice illius interea fungitur, hujusque Regiſtraturæ nihilominus æque, ut Ordinarii valeant, cum ſufficiat in genere eum judicio illius Principis, Civitatis, aut Senatus, & ad acta juraſſe. Atque hæc interpretatio verborum *d. Ord.* wie auch die zu denen Proceſſen erforderten (h. e rogati, ſeu requiſiti) Notarii, gleich andern Actuariis, wenn ſie nicht obgedachter maſſen ſemel pro ſemper, und in genere zu denen Gerichten geſchworen, iedesmal vereydet werden ſollen, menti Sereniſſimi Legislatoris mihi omnium convenientiſſima videtur: Dubium autem hoc Elector Sereniſſimus interpretatione ſua authentica verborum *Ord. Proc. T.* 2. *§. 1.* einen tüchtigen und geſchickten Notarium, ſuſtulit *in Deciſ. Elect. Nov. 38.* de quocunque idoneo Actuario in cauſis civilibus adhibendo, ea explicans. *ad Reſolut. Gravam. Tit.* von Juſtitien Sachen *§. 32.* In criminalibus vero ductu *Ord. Crim. Carol. V.* Acta a Notario conſcribendi mandavit, ut ut in d. Nemeſi Carolina nullibi mentio fiat Notarii, ſed tantum Actuarii, des Gerichts-Schreibers, *vid. art. 1.56.* item ſimpliciter des Schreibers, *art. 94.* & paſſim.

§. XVI.

Actum hactenus de Actuario conſtituendo, nunc in conſtituti officium inquiremus; cujus tum generalia,

lia, tum ſpecialia requiſita conſideranda. Et generalia in eo conſiſtunt, (1) ut jurisdictionem exerceant debito tempore, die juridica, non feriata, ſacra vel humana, puta meſſium vel vindemiarum. *L. 1. pr. ff. de Fer.* niſi periculum ſit in mora, veluti in Areſtis concedendis, aut renovandis Leuterationibus & Appellationibus recipiendis. (2) Debito loco, ſcil. in judicio, in der gewöhnlichen Gerichts-Stube. Nam in alium locum privatum citatus impune emanere poteſt, nec contumaciæ accuſatio locum habet, ita enim in ſimili Dn. Scab. Lipſ. M. Maj. An. 1694. an den Gerichts-Verwalter zu Witgendorf in cauſa George B. contra Hanß M. Daß die eingebrachte Ungehorſams Beſchuldigung nicht ſtatt hat. Wenn nun Bekl. an gehörigen Ort anderweit gebührend citiret wird, inmaſſen vor allen Dingen billig geſchiehet, ſo iſt derſelbe auf die erhobene Klage, wenn ſolche in Termino wiederholt wird, ſich einzulaſſen ſchuldig, v. R. w. (3) Ut vi juramenti nobili ſuo in præſentia ſubditorum præſtiti, omnia ex fide, & prout revera geſta vel prolata ſunt, Actis & Protocollis inſcribat & conſignet, *arg. c. 11. X. de Probat.* iisdem numero, quantum fieri poteſt, verbis, quibus partes uſæ ſunt, & quidem (4) in præſentia Sculteti & Scabinorum, in Beyſeyn Richter und Schöppen. *Ord. Proc. Sax. Tit. 2. §.* alſo verb. und durch ihn iedesmal in Beyſeyn der Gerichts-Perſonen denen Acten und Gerichts-Büchern dasjenige einverleiben, regiſtriren und ſchreiben laſſen, was ſich nach Gelegenheit des Negotii und Proceſſus eignet und gebühret. *add.* PHILIPP. *ad Deciſ. Nov. 38. Obſ. 2. n. 21.* tam in cauſis ordinariis, quam ſummariis. *d. c. 11. X. de Prob.* ROSBACH *in Proc. c. 8. n. 4. verſ. & hoc non ſolum*, non tamen

men

men neceſſe eſt, ut judex vel Aſſeſſores Regiſtraturis illius ſubſcribant, cum ei ſine teſtibus credatur in iis, quæ ejus officium concernunt, quanquam interdum melioris præcautionis ergo ipſe, ut ſcribant, eos requirat. (5) Ut acta integra habeat, non concellata vel delata; correcturæ enim in locis potiſſimum momentoſis, & alicujus præjudicii repertæ, dubia illa & ſuſpecta reddunt: quin tamen errorem in Regiſtratura vel Protocollo aperte commiſſum, quandoque corrigere, vel addere aliquid, aut quod omiſit ſupplere poſſit, nullus dubito. *conf.* BERLICH. *Concl. 8. n. 41.* dummodo non ſummum inde parti adverſæ adnaſcatur præjudicium; aut præſcitu judicis & Aſſeſſorum id faciat, & correctiones vel additamenta in margine forte appoſita ſubſcribat. Caveat etiam Actuarius, ne Reſcriptis ſui Principis, judicio forte inſinuatis & ad acta relatis ſuas Regiſtraturas inſcribat, ſed munda ea, & intemerata honori Principis conſervet; ita enim in ſimili contra Actuarium a Sereniſſ. Elect. Sax. *ad F. M. d. 21. Jun. 1666.* reſcriptum refert Dn. JOH. SCHILTER *Ex. ff. 6. th. 25. p. m. 34.* Deinen Gerichts-Actuario aber, daß er ſich, nach Ausweiſung der beygefügten Acten, unterſtanden, auf unſere Befehlige Regiſtraturen zu machen, einen Verweiß geben, und ihme dergleichen ſich hinführo zu enthalten, ernſtlich unterſagen. (6) Ut manu propria acta conſcribat. *Ord. Proc. T. 2. ſ.* alſo. CARPZOV. *Proc. T. 2. art. 4. n. 47.* FVLV. PACIAN. *de Probat. Vol. 1. c. 65. n. 39.* PHILIPP. *ad Ord. Proc. Sax. T. 2. conſ. 2. num. 12.* ipſo vero impedito vel ægroto ſubſtitutus vel Notarius, vel alius, ut ſupra dictum, æque in præſentia ſubditorum ad hoc juramento obſtrictus. BER-

Digitized by Google

LICH. *d. concl. 8. num. 43.* CARD. TVSCH. *Tom. V. concl. 97. fol. m. 544.* Hoc tamen de prima conceptione Regiſtraturarum ſaltim intelligendum, non autem de mundatione earum, quin enim per amanuenſem in mundum ad acta redactæ ab ipſo Actuario, habita cum avtographo ſuo collatione, ſubſcriptæ æque valeant, dubitandum non eſt, & quotidiana experientia, v. gr. in Rotulis teſtium, &c. edocemur. Quod & in cauſis ſummariis obtinere tradit LANGE *in Iſagog. ad Proc. T. 39. n. 62.* niſi cauſa ſit modica. LANGE *l. c. T. 8. n. 19.* BRVNNEM. *Proc. Civ. c. 1. n. 81. p. m. 37.* BERLICH. *l. c. n. 45.* (7) Acta conſcribi debent cum loco, die & conſule. BOER. *in Sign. verb. n. 11.* Denique (8) ſunt ordine connectenda, ſollen richtig gehäfftet und foliret werden, quo de vide ſis die neue Erledigung Tit. von Juſtitien Sachen, §. 16. verſ. Würde man aber, &c. quia pœna quinque thalerorum ſtatuta in Advocatos, quoties folia actorum allegare intermiſerint. vid. *Mandat. Elect. de dato* Dreßden *15. Apr. Anno 1696.*

§. XVI.

Specialia officii Actuariorum alia ſunt in cauſis civilibus, alia in criminalibus (I). In civilibus intereſt, actus aliquis obveniat voluntariæ, an contentioſæ jurisdictionis. Voluntariæ ſunt, qui in volentes exercentur, ſuntque vel minoris, vel majoris præjudicii: illi etiam extra locum judicii a judice expediri poſſunt, ut manumiſſio in tranſitu *§. 2. Inſt. de Libert. L. 7. ff. de Manum. vind.* areſti conceſſio & relaxatio *arg. L. 2. ff. de offic. Proconſ.* Hi regulariter (1) in loco judicii con-

ſueto

ſueto peragi debent, quo pertinet Teſtamentorum receptio, Donationum confirmatio, Hypothecæ conſtitutio, Emptionum immobilium judicialis ratihabitio & traditio, Tutoris conſtitutio, &c. (2) Neceſſe eſt, ut in conſenſu judicii præſentibus partibus Transactionum, Obligationum, aut Emptionum Inſtrumenta publice prælegat, illarumque approbationem & ratihabitionem exquirat, Sigillorum & Subſcriptionis recognitionem exigat, hisque deinde factis confirmationem demum ſuperaddat, & copiam ex Originali in libros judiciales transferat. Et quamvis alias nobili permiſſum ſit, coram judicio ſuo, etiam ſine Actuario, actus voluntariæ jurisdictionis, eum non concernentes, quales ſunt e. g. emptionum, obligationum, vel transactionum confirmatio, tutorum aut curatorum conſtitutio &c. expedire, *in Dec. Nov. El. Sax. 39. verb.* Wenn einer von Adel, oder anderer Gerichts-Herr das Gerichte mit ehrlichen, aufrichtigen, unbeſcholtenen, untadelhaften, und nach iedes Orts Gelegenheit qualificirten, auch darzu ſonderlich vereydeten Perſonen beſetzet, und daſelbſt denen Gerichts-Sachen vorſtehen, und ſelbige dirigiren wolte, wenn er in übrigen denen Rechten gemäß verfähret, und die Sachen nur Kauffe, Verſchreibungen, Erbtheilung, Vormundſchafts-Beſtätigung, gütliche Vergleiche und andere dergleichen Sachen, ſo nicht in contradictorio beruhen, ſondern actus voluntariæ jurisdictionis ſeynd, auch den Gerichts-Herrn nicht eigenthümlich betreffen, ihme ſolches unverwehrt, auch obgleich kein Actuarius juratus dabey verhanden, dennoch die Handlung vor beſtändig erkannt werden ſollen. Teſtamentorum tamen receptiones & donationum judicialium confirmationes, ob ſummum,

Digitized by Google

quod inde oriri poteſt periculum, diſerte exceptæ ſunt, nec ſine Actuarii præſentia fieri poſſunt. *d. Dec. Nov. 39. verb. fin.* Was aber die Aufrichtung der gerichtlichen Donationen oder letzten Willen betrifft, wie auch die Sachen, ſo in Proceß gedeyen, oder ſonſten jurisdictionis contentioſæ ſeynd: Dieſes ſoll allein durch den geſchwornen Gerichts-Actuarium expediret und regiſtriret werden. Actuarius enim in inſinuatione teſtamentorum abeſſe nunquam poteſt, ſive judicialiter, ſive extrajudicialiter ea fiat Nec ſufficit præfectum aut nobilem cum Scabinis præſentem fuiſſe, quia præfectus & judex ad juſtitiam quidem, non vero ad conſcribendum Acta & Protocolla juravit: niſi ſummum in mora periculum eſſet, & metus mortis teſtatoris immineret, nec copia Actuarii tam ſubito haberi poſſit, quo unico caſu, atteſtante de tali mortis periculo nobili, jurisdictionis domino, ſolis etiam Scabinis teſtamentum valide inſinuari poteſt. *Dec. El. Nov. 45. verb.* Es wäre denn des Teſtatoris Gefahr gegenwärtig, und der Richter könnte den Actuarium ſo geſchwinde nicht erlangen, auf dieſen Fall, und wenn der Richter wegen ſolcher Gefahr gerichtlichen atteſtiret, ſoll das Teſtament vor beſtändig gehalten werden, auſſer welcher Neceſſität aber dieſe unſere Deciſion nicht zu extendiren iſt. Nec tamen Actuarius ſolus teſtamenta recipere poteſt, ſed ſi in judicio teſtamentum offeratur, ſufficit ſi præter Actuarium ſolus judex aut Scabinus aliquis præſens ſit. *Deciſ. El. Nov. 45.* verb. Daß bey Inſinuation des Teſtaments gnug ſeyn ſoll, wenn ſich der Richter und geſchworne Actuarius an ordentlicher Gerichtsſtelle gegenwärtig befindet, obgleich kein Schöppe darbey verhanden. Sin extra locum judicii, in ædibus

bus teſtatoris teſtamentum condatur, aut inſinuetur, duæ cum Actuario judicii perſonæ adeſſe debent. *Dec. El. Nov. 73.* verb. Und wollen, daß dißfals bey dem Actuario zum wenigſten zwey Gerichts-Perſonen ſeyn ſollen, wenn vor ihm ein Teſtament aufgerichtet, oder ein allbereit gefertigtes übergeben wird. CARPZOV. *P. 3. C. 3. def. 20. n. 7.* Niſi forte Actuario totalis jurisdictionis adminiſtratio, conſtituto ei certo ſalario, commiſſa fuerit, quo caſu etiam unico ſaltim Scabino ſtipatus teſtamenta recipere poteſt. *d. Dec. 73. verb.* Es wäre denn, daß dem Actuario von dem Gerichts-Herrn die gäntzliche Verwaltung der Gerichts-Sachen durch eine gewiſſe Beſtallung aufgetragen, daß er dann des Richters Stelle vertrete, und alſo gnug wäre, wenn er gleich nur eine Perſon bey Aufrichtung des Teſtaments bey ſich gehabt. Excipitur tamen & hic caſus neceſſitatis, ſeu præſentiſſimi mortis periculi, favoreque ultimarum voluntatum introductum eſt, ut tali Actuario etiam ſoli, teſtamentum inſinuari poſſit, modo de præſentaneo metu mortis per Regiſtraturam judicialiter atteſtetur *d. Dec. Nov. 45.* verb. Wenn auch einer von Adel dem geſchwornen Actuario die Verwaltung der Gerichte aufgetragen hätte, und demſelben allein ein Teſtament übergeben und inſinuiret würde, er auch einen Gerichts-Schöppen ſo geſchwinde nicht erlangen könnte, und ſich bey dem Teſtatore die Todes-Gefahr ereignete, ſo ſoll ſolch Teſtament, wenn der Actuarius von der gegenwärtigen Gefahr gerichtlich atteſtiret, gleichfals gültig ſeyn, und dafür geachtet werden, add. D. PHILIPP. *in Comm. ad Dec. 45. & 73.* Neque a ſubditis tantum nobilis ſui, & in territorio illius, ſed & extra illud, ab alterius

domini ſubditis teſtamenta, ut Actuarius, judicialiter ſuſcipere poteſt, quia eſt actus voluntariæ juriſdictionis, qui in alieno territorio exerceri valide poſſunt. *arg. L. 2. ff. de Off. Proc. L. 36. §. 1. ff. de Adopt. L. 15. §. 1. ff. de Manum. Vind.* Diſſentit TVSCH. *Tom. 5. voc. Notarius. conc. 70. n. 15. fol. 528. & concl. 72. n. 21. ſeqq. fol. 529.* ſufficit enim, quod ſit judex, eique exercitium jurisdictionis a nobili commiſſum, licet in illum locum, vel ſubditos alienos non habeat, cum hoc in actibus voluntariæ jurisdictionis non requiratur, ſed ſolum, ut judex ſit, per textum ſatis expreſſum *in L. 19. verb. ſecurus erit, qui actus cujuscunque judicis, aut municipum, mentis ſuæ poſtremum publicavit judicium. C. de Teſtam.* CARPZOV. *P. 3. Deciſ. 293. n. 17.* Confirmat etiam hoc reſponſum Dn. Scab. Lipſ. an G. E. D. zu Sylda M. Jan. An. 1695. Ob nun wol angeführet werden will, daß es als ein Teſtamentum judiciale daher nicht wol beſtehen könne, weil die Teſtatrix aus Leibes-Schwachheit nicht ſelbſt ins Ambt E. kommen, und nicht zu befinden, daß der Gerichts-Herr imploriret worden, den Ambts-Actuarium nebſt etlichen Gerichts-Perſonen zu Annehmung ihres Teſtaments abzuſchicken, vielmehr ſey zu præſumiren, daß der Herr B. von K. welchen gedachtes Ambt zuſtändig, von freyen Stücken zu dem krancken Weibe ſich eingefunden, ſie zu Aufrichtung ihres letzten Willens perſuadiret, auch ſolches durch ſeinen Ambtmann nach eigenem Gefallen aufſetzen und in ſein Gerichte niederlegen laſſen; geſtalt er denn &c. Uberdiß den Ambte E. weder die Ober- noch Unter-Gerichte in dem N. Ritterhoffe zu S. zuſtändig, als welcher unmittelbar dem Oberaufſeher-Ambte zu Eißleben unterworffen, dahero

ſtro jenes; als auf einem frembden Territorio, keine Juriſdiction exerciren, noch einen letzten Willen annehmen können, auch dahero, daß beſagtes Teſtament wegen ermangelnder Solennität nicht richtig, es das Anſehen gewinnet. D. a. d. Der angegebene Defect der Requiſition des Ambts E. durch die Ambts-Regiſtraturen gar wol ſuppliret werden mag, und die angezogene Vermuthung nicht alſo bewandt, daß daraus eine doloſa perſuaſio, noch weniger, daß die Teſtatrix die Gerichte nicht habe erfordern laſſen, zu inferiren; Hiernechſt die inſinuatio teſtamenti auch bey einem frembden Richter darf vorgenommen, und dieſer, weil ſolche ad voluntariam jurisdictionem gehöret, welche bewehrter Rechts-Lehrer Meynung nach, auch extra territorium zu exerciren iſt, anders wohin requiriret werden kan, ꝛc. So mag angeregter letzter Wille ſeiner Solennität halber wol beſtehen, v. R. w.

§. XVIII.

Neque diverſum in donationum inſinuationibus, coram quocunque, etiam incompetente judice, valide peragendis, cum MENOCHIO *Conſ. 84. n. 80.* BRVNNEM. *ad L. 32. C. de Donat.* RICHTERO *Vol. 2. Conſ. 381. num. 35. fol. m. 1102.* multoque minus cum SCHVZIO *in Comp. Lauterbach. tit. de Donat. p. m. 434.* ſtatuendum, quaſi pro tribunali præciſe ſedere oporteat judicem, donationes recipientem: cum & talis inſinuatio actus voluntariæ jurisdictionis ſit, qui non minus ac alii, coram quocunque, etiam incompetente judice, tam in territorio ſuo, quam extra illud fieri poſſunt. vid. Dn. STRYK. *in Cautel. Sect. 3. c. 9. n. 5. p. m.*

p. m. 652. Ceſſant tamen hæc, ſi pacti alicubi magiſtratus inter ſe fuerint de non recipiendis ab alterius ſubditis teſtamentis vel donationibus, prout de Capitulo Epiſcopatus Numburgenſis, & Senatu Civitatis illius teſtatur Dn. RICHTER *Part. 1. Deciſ. 30. n. 30.*

§. XIX.

Præſupponitur autem hiſce in caſibus teſtamenta Actuariis in judicio, vel extra illud inſinuata, manu teſtatoris propria eſſe conſcripta vel ſubſcripta, aut ab ipſomet minimum perlecta: neque tum nova opus eſt prælectione, ſed ſufficiet, ſi teſtator præſente Actuario, cum, vel, ut dictum, ſine Scabinis aſſerat, ultimam ſuam in charta illa occluſa contineri voluntatem a ſe ſubſcriptam vel relectam: quod ſi vero imperitus literarum & ſcripturæ teſtator fuerit, neceſſe eſt, ut publice ei diſpoſitio in judicio prælegatur, illiusque approbatio per ſingula capita exploretur; tametſi ex voluntate ſua eam literis comprehenſam, ſibique eam privatim ab amico prælectam dixerit, quia judex de fide prælegentis certus eſſe non poteſt, adeoque nec de vera teſtatoris voluntate atteſtari. Quid enim, ſi tertius ille aliud prælegerit, aliud ſcripſerit? Ne igitur falſa pro veris ſupponantur, poſt mortem non reditura, ultima elogia, *arg. l. 1. C. de S. S. Eccl.* ad evitandum fraudis ſuſpicionem reſignari & prælegi in judicio debent; teſte CARPZOVIO *P. 2. Deciſ. 149.* ſibi ipſi contrarius *Lib. 5. Reſp. 9. n. 18. & 19.* Hac occaſione quæritur, an ipſe dominus jurisdictionis

nis in ſuo judicio proprium ſuum teſtamentum poſſit deponere? Quod affirmandum; quia inſinuatio teſtamenti eſt actus voluntariæ jurisdictionis, & in quocunque judicio fieri poteſt, quidni etiam in ipſius proprio? vid. BERL. *P. 1. Dec. 92. n. 1.* CARPZ. *P. 3. C. 3. def. 14. & L. 4. Reſp. 31. n. 17.* dummodo hoc fiat præſente Actuario & Aſſeſſoribus Judicii, aut abſente Actuario, Sculteto ad minimum, & Scabinis. Nam etſi FR. MANTICA *Tr. de Conject. ult. Vol. 2. T. 8. n. 1. fol. 39.* ſufficere exiſtimet, ſi in ſcriniis judicii depoſitum reperiatur poſt mortem, inquiens: *Si teſtamentum ſine ſolennitatibus factum ſit ab eo, qui in loco conditi teſtamenti habet merum & mixtum imperium, præſumitur a ſe ipſo inſinuatum, quia eſt actus voluntariæ jurisdictionis.* Quia tamen depoſitio facti eſt, & multo magis, quod ſponte ibi diſpoſuerit; & ipſorum potiſſimum nobilium interſit, ne falſæ pro veris ſupponantur diſpoſitiones, prætereaque ad Actuarium, ut judicii Directorem & adminiſtratorem, receptio, obſignatio & cuſtodia teſtamentorum pertineat, vix ac ne vix quidem talis clam depoſita voluntas ſuſtinebitur BERLICH *P. 4. Concl. 4. n. 44.* CARPZOV. *Proc. Tit. 2. a. 4. §. 3. num. 36.*

§. XX.

Relata ſuperius ad voluntariam jurisdictionem Hypothecæ conſtitutio eſt; quod tamen cum grano ſalis accipiendum. Nam quemadmodum actus voluntariæ jurisdictionis hodie non unius generis ſunt; alii abſolute, alii ſecundum quid tales. Illi in vo-

E lentes

Digitized by Google

lentes & ab incompetente etiam judice exerceri poſſunt, quo teſtamentorum & donationum item tranſactionum inſinuationes pertinent; hi vero volentibus quidem, ſed non niſi a competente judice fieri poſſunt, qualis vel maxime jure noſtro Saxon. hypotheceæ conſtitutio, dominiique immobilium venditorum reſignatio & traditio, die gerichtlichen Auflaſſung und Reichung der Lehen coram ſolo rei ſitæ Judice facienda eſt. *Conſt. Elect. Sax. 23. Part.* 2. Churfürſtl. Sächſ. Proc. Ordn. *Tit. 46.* §. aber. *Deciſ. Elect. Sax. 61.* Præterea tutelæ datio modo voluntariæ modo contentioſæ jurisdictionis erit. Et voluntariæ, quatenus volenti onus tutelæ defertur. vid. LAVTERB. *Com. ff. de Tut. p. m. 464.* CARPZOV. *Proc. T. 2. a. 1. n. 41.* quod ſolus etiam jurisdictionis dominus, remoto Actuario, & extra judicii locum facere, *Dec. Elect. Nov. 39.* quin & non-ſubditum volentem recte dare tutorem poteſt, *L. 10. ff. de Tutel.* Contentioſæ autem erit, ſi invitus ad ſuſcipi eandem munus tutelæ adigendus eſt. *arg. L. fin. ff. de Jurisd.* nec a domino jurisdictionis, ſed ab Actuario in loco Judicii. *arg. l. 77. ff. de R. I.* ſolis ſubditis *L. 1. §. 1. ff. de Tut. & Cur.* deferetur *arg. d. L. fin. add.* BRVNNEM. *in Comm. ff. ad d. L. 10. ff. de Tutel.*

§. XXI.

Pergimus ad jurisdictionem contentioſam, quæ in nolentes & invitos exercetur, cujus actus ſolus nobilis ſine Actuario nequaquam tractare poteſt, ceu patet ex *Deciſ. Elect. 39.* in tantum, ut ne quidem Con-

Conſtitutio Mandatarii a partibus litigantibus coram eo facta, abſente Actuario, ſubſiſtat, prout in Supremo Appellationum judicio, quod Dresdæ eſt, Termino Martini 1657. judicatum in cauſa Hanßen Platzens contra Valentin Hänſeln und Conſorten, cum Appellatus produceret Mandatum extenſum, ſubſcriptum ac ſubſignatum a Dn. H. v. P. Erb- und Gerichts-Herrn zu Leuttenitz, Würde Appellat durch ein ander vor den Gerichten ausgefertigtes Mandat ſeine Perſon gebührlich legitimiren, allermaſſen ihm ſolches zu thun oblieget, ſo iſt Appellant auf deſſen Vorbringen ferner zu verfahren ſchuldig, v. R. w. Sunt autem actus jurisdictionis contentioſæ vel minoris vel majoris præjudicii, iſti etiam extra locum judicii poſſunt expediri, quales ſunt libelli receptio, citationum decretio; cum præparatoria magis judiciorum, quam judicia ipſa videantur, & imprimis ſi moram non admittant, veluti areſti conceſſio, ſchedulæ renovationis, itemque appellationis receptio, & ſimiles. Sed quid de licitatione in ſubhaſtationibus dicendum, cum nec ea ſemper moram patiatur, maxime ſi fatalia ſubhaſtationis fere elapſa ſint, an & iſta extra locum judicii, in ædibus forte Actuarii fieri poterit? Negandum, quia licitatio concertatio eſt, quæ nunquam ſine contradictore eſſe creditur, quin & in præjudicium alterius, vel primi, vel ſecundi licitatoris, id vergere poſſet, ſi utroque ſemper loco, in judicio & extra illud, præſtolari alterum deberet; accedit quod licitaturus ipſe in mora fuerit, cur non maturius licitaverit: idque nec eo caſu procedere voluerunt Dn. Scabb. Lipſ. quo Actuarius judicii in ſubhaſtationis

ſchedula licitatores in ædes ſuas privatas, extra jurisdictionem ſubhaſtantis ſitas, invitaverat, dum Menſ. Jan. An. 1691. Actuario zu Abt Nauendorff, in cauſa das Witzeliſche Gut betreffend, ita pronunciarunt: Daß mit Subhaſtation des Witzeliſchen Guts gebührend nicht verfahren. Wenn nun ſelbiges anderweit ausgeruffen, und von einem Käuffer an gewöhnlicher Gerichts-Stelle ein gewiſſes Pretium darauf geſetzet wird, ſo ergehet darauf ferner was recht iſt, v.R.w.

§. XXII.

Hi igitur actus itidem regulariter in loco judicii & præſentia Aſſeſſorum peragi debent, eoque referenda partium in termino comparitio, Libelli repetitio, Rei reſponſio, ſeu Litis conteſtatio, Teſtium productio, Juramenti præſtatio, &c. Quia igitur contentioſa jurisdictio lites & jura partium pro objecto habet, ita ut toties actus contentioſæ jurisdictionis eſſe dicatur, quoties contradictor aliquis exiſtit, aut metuitur; hinc caute procedat Actuarius, ne vel ignorantiæ, vel illegalitatis aut partialitatis accuſari poſſit; adeoque ſecundum præſcriptum a jure ordinem ſemper procedat, qui in ſequentibus potiſſimum conſiſtit: (1) ſingulis ipſi exhibitis ſchedulis vel libellis diem oblationis inſcribat, quod præſentatum appellari conſuevit (2) contenta ſchedularum domino jurisdictionis, aut judicio referat. (3) Reſolutionem judicis, aut judicii peculiariter, forte ad marginem illius ſchedulæ, annotet, ne injuſſu judicis

cis aliquid feciſſe videatur. (4) facta petitis actori delatione, actori notificationem den Gedenckzettel, einen Tagezettel, reo vero citationem ſub nomine judicii, expreſſo utriusque partis nomine, die termini, & cauſa, una cum libelli copia inſinuari curet, & quidem (5) per juratum judicii nuncium. (6) Relationem nuncii, de inſinuata notificatione & citatione ad acta redigat; qua omiſſa nulla contumaciæ accuſatio, vel pœna locum habere poteſt. (7) In termino deinde comparitionem partium actis conſignet, er muß das Angeben der Partheyen regiſtriren. (8) amicabilem compoſitionem inter partes tentet, Churfürſtl. Sächſ. Proc. Ordnung *Tit. I. §.* beſonders, eaque fruſtra tentata (9) partium poſitiones mutuas, ore prolatas, calamo excipiat. His abſolutis (10) vel ipſe in cauſa decernat: Er gibt einen Abſchied vel (11) præmiſſa requiſitione, nach Verfertigung einer Urtheils-Frage, in Scabinatum aut Collegium aliud acta transmittat. Reverſis inde actis cum reſponſo (12) Terminum mediante citatione ad aperiendum & publicandum illud præfigat, (13) relationeque nuncii jurati de inſinuata citatione actis inſerta, (14) in Termino publicationis partium comparitionem ſubnectat. (15) Diem & horam publicationis ſententiæ, una cum nomine ſuo ſubſcribat. Interpoſita deinde Leuteratione vel Appellatione, (16) poſt præſentatum, & (17) Reſolutionem judicis de rejectione, vel receptione Leuterationis, (18) rejectionem leuteranti in ſcriptis notam faciat; quo ſi velit appellare, intra decendium a die inſinuatæ rejectionis poſſit. Sin (19) delatum Leuterationi fuerit, terminum proſe-

cutioni ſtatuat, & in emittendis inſinuandisque citationibus, nec non conficiendis Regiſtraturis, relationum nuncii, partium comparentium, & publicationis ſententiæ, eodem, quo ſupra dictum, procedat modo. Et (20) omnibus in univerſum regiſtraturis nomen ſuum, ut Actuarius, ſubſcribat. (21) Appellatione interpoſita, poſt præſentatum, & relationem judici factam, aut gravamina alicujus momenti videntur, & in honorem Superioris Apoſtolos Reverentiales decernat, aut ſi nullius momenti deprehendantur, Apoſtolos det Refutatorios, **er erſtattet einen Bericht**, quibus gravamina appellationis, vel ex actis, vel ex jure refutet. Et (22) Reſolutione hac judicis appellationis ſchedulæ in margine adjecta, (23) appellanti certum terminum accipiendi Apoſtolos determinet. (24) Rejecta a judice, ad quem, appellatione, vel confirmata Pimæ Inſtantiæ ſententia & remiſſorialibus ab Appellato ei inſinuatis, ad inſtantiam illius reo, mediante præcepto executivo, **vermittelſt eines Hülfs-Præcepts**, ut judicato ſatisfaciat, vel reſtituendo intra XIV. dies, in realibus actionibus, rem actori adjudicatam, vel præſtando in perſonalibus intra terminum Saxon. id in quod condemnatus eſt, injungat, præfixo ſimul eventualiter certo aliquo die, quo in realibus res mobilis ei aufferri, vel ex immobilium poſſeſſione exmiſſio, in Perſonalibus vero Executio fieri debeat. Adveniente deinde (25) Executionis termino, in reali actione, res manu militari reo aufertur, & actori traditur *L. 68. ff. de R. V.* aut ex poſſeſſione immobilium exmittitur, & actor in vacuam poſſeſſionem inducitur. In perſonalibus vero Actuarius cum Scabinis in

præ-

Digitized by Google

prædium debitoris ſe confert, ibique vel fruſtum ligni ex foribus ædium exſcinditur, aut ex agris vel pratis gleba terræ effoditur, aut ex ſylva arbor cæditur, & actori traditur, totusque actus, prout geſtus, actis inſcribitur. Petente deinde (26) actore, in perſonalibus, denuo injungitur reo, intra terminum Saxon. facienda ſolutio, & eventualiter Immiſſioni in prædium, ſylvam, vel agros certus dies pro termino præſtituitur, quo appropinquante prædium, ſylva, vel agri quaſi ex ſecundo Decreto poſſeſſioni, uſui & adminiſtrationi actoris ceduntur, ut ex fructibus ſibi ſatisfacere poſſit. Sin (27) Creditor, metu reddendarum rationum, ſe immiſcere adminiſtrationi eorum nolit, ad illius inſtantiam bona illa ſubhaſtari debent per tres quaterdenas, dreymal nach einander von 14. Tagen zu 14. Tagen in loco publico, vel viva voce per præconem, aut Scultetum, vel in ſcriptis ædibus publicis, an dem Gemein-Hauſe affixis, & quidem primo generaliter absque ullo pretio, deinde cum licitatis pretiis, plus licitanti, & pretium judicialiter deponenti, ultimo adjudicantur. Quo facto (28) alii ut plurimum etiam concurrunt creditores, ſuam de pretio depoſito ſolicitantes ſolutionem, ſicque concurſus creditorum oriri dicitur; interdum etiam (29) creditores chirographarii areſto jus reale conſequi intendunt; ubi duo alias ante omnia Actuariis ſunt demonſtranda: Creditum nim. & lapſus bonorum debitoris, die Beſcheinigung der Schuld, und des Abfals der Nahrung. Churſ. Sächſ. Proc. Ordn. *Tit. 51. §.* dieweil aber, quibus demonſtratis (30) areſtum, in quantum de jure concedit, & (31) tempus conceſſionis ſchedulæ petitoriæ inſcri-

inſcribit, ex quo deinde fatalia quaterdenarum renovationis areſti, & oblationis Libelli Areſtatorii, der Kummer-Klage, connumerari ſolent. Atque hæc fere potiora ſunt, quæ Actuariis in cauſis civilibus quam maxime erunt obſervanda. Bene ſic conſtitutis judiciis, & obſervato legitimo procedendi ordine poterit etiam ipſe dominus jurisdictionis, der Gerichts-Herr, ſubditos ſuos coram proprio ſuo convenire judicio. Churfl. Sächſ. Proc. Ordn. *Tit. 2. verb.* Ob wir auch wohl. BERLICH. *P. 1. deciſ. 109. n. 9.* CARPZOV. *L. 4. Reſp. 31. num. 10.* Actuarius tamen ſiniſtre ſuſpicandi occaſionem evitaturus prudenter aget, ſi tali caſu acta in Collegium aliquod Juridicum transmittat. GAIL. *L. 1. obſ. 1. num. 15.* ZANGER. *de Exc. P. 2. c. 1. num. 408.* MOLLER. *ad P. 2. C. 23. def. 15.* BERLICH. *P. 1. concl. 42. n. 5. ſqq.* Præterea nobilis recte ſibi in bonis ſubditorum, & ſuis in bonis allodialibus alii hypothecam in judicio ſuo conſtituere poteſt. *vid. Dec. Elect. Nov. 38.* CARPZOV. *P. 2. C. 23. def. 6.*

§. XXIII.

(II) In criminalibus vero Actuarius cautius adhuc procedet, & (1) in delictis levioribus bene faciet, ſi accuſatum, vel denunciatum ad reſpondendum citari prius faciat, daß er ihn zu einer Vorhaltung citiren läſſet, quæ tamen citatio (2) perinde ut in civilibus, non niſi in locum competentem judicii ſcil. non in privati Actuarii ædes fieri debet, nec emanens tali caſu pro contumaci haberi vel condemnari poterit, ita enim

enim Dn. Scab. Lipſ. M. Febr. An. 1687. an D. J. S. Hat B. v. B. Erblehns- und Gerichts-Herr zu P. ſeine ſämbtliche Unterthanen vor ihm und denen Gerichten in euer als des Gerichts Actuarii Behauſung zu Leißnigk zu erſcheinen, und einer gewiſſen Vorhaltung gewärtig zu ſeyn, citiren laſſen, es haben aber dieſelben, ungeachtet es iedem bey 30. Groſchen Straffe auferleget worden, ſich nicht geſtellet, ſondern gäntzlich auſſenblieben, daher der Gerichts-Herr die angedeutete Straffe von ihnen einzubringen Vorhabens iſt. O. n. w. die Unterthanen, wenn ſie von ihren Gerichts-Herrn Ambtshalber citiret werden, an der Gerichts-Stelle zu erſcheinen ſchuldig, und wenn ſie ſolches verweigern, wegen ihres Ungehorſams wohl beſtrafet werden können. D. a. d. im gegenwärtigen Fall obgenannte des von B. Unterthanen nicht ad locum judicii oder an einen ſolchem Ort, da ihnen die Gerichte zuſtändig, ſondern daß ſie in einem Privat-Hauſe in frembden Gerichten erſcheinen ſollen, vorgeladen worden, worzu ſie wieder ihren Willen nicht angehalten werden können. So iſt auch der von B. dieſelben wegen ihres Auſſenbleibens zu ſtraffen nicht befugt, v. R. w. Nec (3) ſine ſufficienti indicio, ſummariter ad minimum probato, ad inquiſitionem, maxime ſpecialem, multominus ad realem citationem, deveniat, ſed (4) ſi indicia ſint remota, reus vero vir bonæ alias famæ, volentem pro avertenda ante omnia audiat. Sin (5) proxima adſint indicia conſultius aget, ſi actis in Collegium Juridicum transmiſſis, ſe informari faciat, adprehendere reum, an pro avertenda admittere, item Salvum Conductum petenti, & ſub qua cautione concedere debeat. *Ord. Crim. Car. V. a. 91. Ord. Pol. Sax. de An. 1612.* (6) Approbata a Collegio inquiſitione, & Salvi Conductus

 con-

conceſſione, imprimis eo allaborare debet, ut mediantibus incarcerationis literis apprehendere reum poſſit, antequam ei Salvum Conductum indulgeat, prout etiam in ipſa ſententia id commendari ſolet, daß ihr zuförderſt Inquiſiten mit Steckbriefen zu verfolgen, und da möglich zur Haft zu bringen, woferne aber nach allem angewendeten Fleiſſe deſſen Perſon nicht zu erlangen, iſt ihme das gebetene ſichere Geleite, gegen Beſtellung einer Caution auf :: Rthl. hoch billig mitzutheilen. (7) Salvo Conductu, ſub præſtita cautione impetrato: Actuarius ſummariter prius reum examinare ſolet. Deinde (8) teſtes antea ſummariter ſolum deponentes, ſub jurisjurandi vinculo ſuper certos articulos denuo interrogare ſolet, (9) nullis denique teſtibus amplius exiſtentibus ex actis & probatis Articulos Inquiſitionales conficit, & ſuper iis reum examinare debet, & quidem (10) in præſentia Sculteti & Scabinorum, (11) in loco judicii, ut ſupra. (12) Singula verba, prout ab inquiſito proferuntur, wie ſie aus des Inquiſitens Munde fallen, conſignanda ſunt, nec ſynonymica forte ſubſtituenda, cum ſæpius ex poſtfacto appareat, quantum interſit, hac vel iſta phraſeologia quem uſum fuiſſe, nec idem dictum vel ſcriptum credendum, niſi & iisdem verbis efferatur, conf. BRVNNEM. *Proc. Crim. membr. 1. c. 8. num. 92. p. m. 84.* & non raro ſic culpa Actuariorum variationis vel contradictionis ſuſpicio reis adnaſci poterit, a qua deinde tortura, vel juramento miſeri ſe purgare tenentur, (13) geſtus & vocem obſervet, & ſi qua rubore ſuffuſus, aut conſternatus obmuteſcat, aut tremebundus reſpondeat, hoc ſimul annotet; nihil tamen etiam omittat, quod ad defenſionem

rei

rei pertinere poſſit. *Ord. Crim. art. 184. ſeq.* CARPZOV. *Pr. Crim. qv. 113. num. 52. & 53.* (14) Licet autem inquiſitus in examine fateatur delictum, attamen apprehendi nequit, ſed vi Salvi Conductus dimittendus, nec fides publica ei, quoad acceſſum & diſceſſum, frey und ſicher zu und von Gerichten zu gehen, data, violanda eſt; quia etiam confeſſus, ſuis exceptionibus v. g. defenſionis neceſſariæ, &c. adhuc eſt audiendus, proindeque Conductus, quo usque per ſententiam ſublatus, & ad torturam vel aliam pœnam capitis aut corporis afflictivam condemnatus eſt, durat, biß ſo lange etwas peinliches wider ihn erkannt iſt. CARPZOV. *Pr. Crim. qv. 112. num. 40.* Oldekop. *Obſ. Crim. Tit. 3. obſ. 28. num. 10. 14. 16. 22.* BERNHARD. GREVÆVS *L. 1. concl. Pract. 52. coroll. num. 11.* Sin negaverit (15) confrontatio cum teſtibus, aut complicibus id aſſerentibus inſtituenda eſt, ad eos articulos & puncta, in quibus ſibi invicem contrariantur; Quo facto, (16) Actuarium rogare eum debere plurimi ſuadent, defenſione ſua, mit ſeiner Haupt-defenſion, prius audiri, an ſtatim ad acta pronunciari malit. Judex enim non pro condemnando ſaltim reo, ſed & pro defendendo laborare, atque adeo etiam ex officio, non petenti, Advocatum conſtituere debet. vid. CARPZOV. *P. 3. qv. 115. num. 13.*

§. XXIV.

His itaque legitime peractis (17) acta a Præfectis Electoralibus in Scabinatum tantum Lipſienſem; a Nobilium vero Officialibus, vel ad Facultatem Juri-

dicam vel Scabinatum Lipſienſem aut Wittebergenſem transmittuntur. v. Nothwendiger Bericht ob die Juriſt. Facult. zu Leipzig in Peinl. Fällen Rechtl. zu ſprechen befugt ſey. Lipſ. An. 1638 ubi & Reſcripta Electoralia ea de re habentur. Quibus revertentibus, & ſententiam condemnatoriam ſecum ferentibus (18) Defenſori ea haut publicanda, ſed (19) Inquiſitus latitans ſeu fugitivus, mediantibus literis incarcerationis, inveſtigandus & in carcerem ducendus, ipſique ſententia, ſi capitalem vel corporis afflictivam pœnam contineat, per totum prælegenda; ſin territionem aut torturam; usque ad ea ſolum verba: So ſeyd ihr wohl befugt &c. deſideranti communicari debet, nec tamen (20) ſtatim ſententia illa executioni mandanda, verum (21) Inquiſitus, qui in ipſo etiam torturæ loco deſuper proteſtari poteſt, defenſione ſua denuo audiendus, eique certum quatuor vel ſex ſeptimanarum ſpatium ad hoc concedendum, & Reſponſum Juriſconſultorum ſuper ea expectandum. Cæterum priori ſententia confirmata (22) Actuarius ſine ulla publicatione ad actum adjudicatæ torturæ cum Aſſeſſoribus Judicii progreditur, *art. 46.* P. H. G. O. quod ſi tamen (23) vel ipſe reus, vel ejus defenſor contra executionem proteſtati, novam defenſionem petant, hæc illis, ſi idonea ejus argumenta allegent, non eſt deneganda, quin tertia & quarta etiam concedenda; ſpatiumque illud indultum prima, ſecunda, & ex prægnanti cauſa tertia vice poſtulantibus eſt prorogandum; Nulla autem ſecuta reformatoria (24) officialis executioni tradit ſententiam, ubi deſumptis ex ſententia, ipſi præſcriptis Articulis

ſeu

ſeu Interrogatoriis, vel ipſe nobilis, tanquam jurisdictionis dominus, aut nomine illius officialis reum primum extra locum torturæ, in loco judicii, examinat, eumque ad confitendum adhortatur, negantemque variis, ex actis, & depoſitione teſtium, deductis argumentis eum convincere nititur; In negatione autem perſeverantem, ſub comminatione violentæ extorſionis, abducere jubet, abductumque (25) in loco torturæ denuo ante torturam ad Articulos interrogat, pertinacem vero carnifici juxta tenorem ſententiæ, ei antea oſtenſum, torquendum tradit. Quo in actu nobilis vel Præfectus inquiſitum ad articulos interrogat, Actuarius vero reſponſionem illius diligenter conſignat, iisdem plane verbis, quibus ipſe utitur. vid. Pol. Ordn. *Tit.* von Juſtitien-Sachen. non tamen durante tortura, ſed ad quemque articulorum remiſſa; ne tam ex vero, quam dolore & cruciatibus quid confiteatur; ita enim *in Ord. Crim. Carol. V. art. 58*, expreſſe conſtitutum: Und ſoll die Sage des Gefragten nicht angenommen oder aufgeſchrieben werden, ſo er in der Marter bekennt, ſondern ſoll ſein Sag thun, ſo er von der Marter gelaſſen iſt. (26) Confeſſus in cuſtodiam rurſus deducitur, & poſt biduum aut triduum extra locum torturæ denuo in judicio ſuper iisdem articulis interrogari & ratificatio confeſſionis expectari debet. *a. L. 2. C. de Cuſtod. Reor.* P. H. G. O. *art. 56.* ſ. Der Gefangene ſoll; Qua ſecuta Collegio remittuntur acta, ad cognoſcendum de confeſſione facta & ad ſtatuendum. Sin (27) revocaverit, confeſſionem, ſine aliis novis indiciis denuo torturæ ſubjiciendus eſt, quæ tortura tamen (28) in ſecunda vice confeſſo, & poſtea revocan-

te, non niſi in atro~~amis criminibus tertium, prævio prudentu~ ~onſilio & reſponſo, repetenda. vid. *Conſt. El. Sax. Nov. antea inedit. 9.* CARPZOV. *Pr. Crim. qu. 125. num. 51. ſeqq.* Omnes autem reorum reſponſiones (29) propria Actuarii manu excipiendæ, & ſicuti Regiſtraturæ illius omnes, ſubſcribendæ ſunt. *Ord. Crim. Car. V. art.. 182.* COTHMAN. *Vol. 3. Conſil. 30. num. 89.* mundatas tamen ab Amanuenſibus, & ab Actuariis ſubſcriptas, eadem authoritate pollere extra dubium eſt. Denique oportet (30) Actuarium in hujusmodi cauſis criminalibus eſſe Notarium Cæſareum, aut ad minimum aliquem ei adjungi, alias quæ notavit, aut ſcripſit, nullius erunt momenti, conf. ſupra §. 14. Formulam jurisjurandi Notarii adjuncti exhibet Dn. PHILIPP. *ad Dec. Nov 38. obſ. 2. num. 55.* quanquam extra Electoratum hoc ita ſtricte non obſervari tradat DOEPLER. *Theatr. Pœn. Crim. c. 4. num. 23. p. m. 479.*

§. XXV.

Cæterum Officialis eo ſemper attendat, ne quid in præjudicium jurisdictionis ipſi commiſſæ a vicinis, aut aliis fiat: Hinc (1) certis temporibus ſolennem diem jurisdictionalem inſtituat, quod annuatim fieri plerisque in locis conſuevit. Er ſoll das gewöhnliche Jahr-Gerichte halten: in quo quisque de communitate deferre tenetur delicta, & alia, quibus publico & imprimis jurisdictioni damnum adnaſci poſſet, ſub pœna in reticentes ſtatuenda, vulgo, das Rüge-Gerichte a rügen, quod idem eſt, ac denunciare delictum: Nonnullis

nullis in locis certi ad hoc ſtatuti ſunt obſervatores & delatores publici, die Rüge-Meiſter, alibi vero ad officium Sculteti, des Richters oder Schultzens, ſive Schuld-heiſſens, (a debitis & oneribus exigendis, quaſi Schuld-heiſcher ita dictus. vid. WEHNER *in Obſ. Pract.* & *Beſold. in Theſ. Pract. voc.* Schuldheiß) pertinet, illiusque juramento officiali inſeritur, *conf.* WEHNER. *in obſ. Pract. voc.* Rüggericht, *p. 224.* & talia ſolennia judicia ſumptibus totius communitatis habentur, dominusque jurisdictionis cum Actuario a ſubditis in locum judicii transvehendus, ibique ab illis cibo & potu ſuſtinendus eſt. Ab hoc vero judicio ſolenni annuo jurisdictionali differunt dies alii jurisdictionales die Gerichts-Tage, qui & Audientiæ dicuntur, & ad inſtantiam partium litigantium ſæpius in anno haberi ſolent; hos Actuarius ſuis ſumptibus viſitare ſolet, niſi aliud conſuetudine receptum ſit, aut pactis Librorum Cenſualium & jurisdictionalium contineatur. (2) Solent nonnunquam, optimo conſilio, die illo jurisdictionali ſolenni jurisdictionum domini Libros Cenſuales, & jurisdictionales die Erb-Regiſter, tum quoad jurisdictionem, tum quoad operas & alia onera, prælegere, & ſuper conſuetudine, über den Dorfs-Gebrauch, ratione ſucceſſionis & aliorum &c. ruſticos ſimul interrogare, ut tanto minus poſtea, caſu eveniente, ſe ignorantia excuſare poſſint. (3) Limites ſui diſtrictus diligenter obſervet, & per Scultetum cum Scabinis, adhibitis ad futuram rei memoriam

alio citatos, ſeu evocatos haut facile ſiſtat, nec jurisdictionis turbationem admittat. CARPZOV. *Proc. Tit. 7. art. 3. num. 9.* ſed ad literas mutui compaſſus Compaß-Briefe, ipſe eos ſuper articulos examinet: niſi forte contra ipſum jurisdictionis dominum ab adverſario eſſent denominati, tunc enim, ne in propria cauſa & judex & pars eſſe videatur dominus, omnisque ſiniſtra ſuſpicandi occaſio evitetur, ſuperiori examinandos teſtes ſiſtere tenebitur, ita Dn. Scab. M. Junii An. 1680. an J. J. R. nach Leipzig. Dieweil aber dennoch die citatio per ſubſidium dieſes in ſich hält, daß dem requiſito Judici entweder denen citatis die Siſtirung aufzuerlegen, oder dem Gerichts-Actum, darzu ſie vorgeladen, vor ſich zu expediren frey gelaſſen wird, und in gegenwärtigem Falle die Unterthanen zu P. wider ihren Gerichts-Herrn Zeugniß abſtatten ſollen, da denn ſeine Jurisdiction als in propria cauſa, allerdings ceſſiret, und er ſich der Abhörung derer angegebenen Zeugen nicht anmaſſen kan, ſondern ſolche euch als dem Ober-Richter allein zukömmt, dahero auch diſſfalls die Citatio ſubſidialis billig hinweg fället; So hat P. Suchen wider euch nicht ſtatt, und möget ihr ſeines Vorwendens ungeachtet, berührte Zeugen in fernerer Verweigerung vor euch zu ſtellen, durch gebührende Zwangs-Mittel wohl anhalten.

§. XXVI.

Actum hactenus de ſeculari jurisdictione, jam de eccleſiaſtica diſquirendum, an ea quoque Illuſtribus perſonis, & nobilibus competat. De Illuſtribus quidem perſonis, Principum, & aliorum Statuum Imperii

rii res caret dubio, quod & ſeculari & eccleſiaſtico brachio gaudeant, ut ut per Conſiſtoria Eccleſiaſtica exercere ſoleant; Nobiles vero, cum ſuperioritate territoriali non gaudeant, nec de jure epiſcopali participent, eccleſiaſtica jurisdictione penitus deſtituuntur, conf. STEPHAN. *de Jurisd. L. 2. P. 1. c. 7. num. 471.* CARPZOV. *Conſiſt. L. 1. Tit. 1. def. 1. & 3.* ZIEGLER *de Jure Majeſt. P. 1. Ex. 5. num. 14. & 15.* omnesque adeo eorum cauſæ eccleſiaſticæ ad Conſiſtoria pertinent. Non enim hic confundendum Jus Patronatus cum jurisdictione eccleſiaſtica, quæ nihil invicem commune habent, *arg. c. 13. X. de Jure Patr.* FINCKELTH. *Tr. de Jure Patronatus c. 2. n. 20. p. m. 29.* REINKING. *de Reg. Sec. & Eccleſ. L. 3. claſſ. 1. c. 9. num. 25.* CARPZOV. *Jur. Conſiſt. Tit. 6. def. 69.* Nec Jus Patronatus per ſe ſpirituale & eccleſiaſticum habetur, unde & a laicis acquiri & poſſideri poteſt, CARPZ. *Conſiſt. T. 2. def. 13. num. 5.* etiam a fœminis, *c. 16. X. de conceſſ. præbend.* Tribus enim modis acquiritur (1) Præſcriptione, (2) Fundatione, & (3) Dotatione eccleſiæ, qui æque in fœminas ac maſculos quadrare poſſunt, de quibus *vide ſis* FINCKELTH. *de Jur. Patr. c. 4. p. m. 45.* Et quamvis nobiles, patroni eccleſiæ, jus præſentandi paſtores habeant, non tamen removendi ſeu deſtituendi vocatos. FINCKELTH. *l. c. num. 21. p. 29. & c. 4. num. 21. p. 52.* BRVNNEM. *in Jur. Eccleſ. L. 2. c. 8. §. 1. p. m. 421.* licet de Marchia Brandenburgica *ex Ord. Conſiſt. March. T. 16. §. 6x.*

Google

ditur, tametſi forte præſentandus literis reverſalibus ſe patrono obligaverit, *arg. cap. 11. X. de For. compet.* CARPZOV. *Conſiſt. T. 1. def. 20.* unde nec rationes redituum eccleſiaſticorum eum a paſtore exigere poſſe, ſtatuit BRVNNEM. *l. c. §. 1. p. 421.* Quod autem de paſtoribus dictum, idem & in ludimoderatoribus & æditnis regulariter obtinet, quod ſcil. jurisdictioni ſeculari exempti ſint, niſi forte ſine præſentatione Conſiſtorio facta, (ut hodie ſæpius fieri teſtatur Dn. BRVNNEM. *l. c. c. 8. §. 1. p. 421. & L. 1. c. 6. num. 12. §. 17. p. m. 274.*) a patrono jurisdictionis domino, ad tale officium promoti fuerint, v. g. opifices aut ſubditi alii; quin enim tali caſu ſeculari adhuc jurisdictioni nobilis ſui ſubjecti ſint, haut dubitandum, cum non officium, ſed præſentatio & confirmatio Conſiſtorialis fori demum mutationem inducat; ut taceam duplicem quodammodo perſonam talem repræſentare; Sic & cuſtos vel æditnus aut ludimagiſter judicii quoque Actuarius der Gerichts-Verwalter eſſe poteſt, teſte CARPZOV. *Conſiſt. Tit. 1. def. 88.* BRVNNEM. *l. c. L. 1. c. 6. membr. 12. §. 17. p. 274.* hinc nullum dubium, quin nobilis patronus talem non præſentatum nec confirmatum cuſtodem vel ludimoderatorem utroque officio, propria autoritate removere poſſit. Reſtringenda tamen illa exemptio tantum eſt ad perſonas ipſorum paſtorum, & qui ejus privilegiatum forum ipſo jure ſequuntur, uxores & liberos, non autem ad eorum domeſticos, ancillas & ſervos, quorum opera utuntur, ea extendenda, nec prohibetur dominus jurisdictionis contra illos delinquentes procedere, CARPZOV. *Pr. Crim. P. 3. qv. 110. num. 95.*

Digitized by Google

95. conf. Dn. STRYCK. *in Uſu moderno. ff. L. 2. T. 1. §. 20. p. m. 192.* ubi de delictis in cœmiteriis vel ædibus eccleſiaſticis commiſſis notabile Reſponſum recitat. Imo poſſe etiam nobiles, ſuperiorem æque ac inferiorem jurisdictionem, cum Jure Patronatus, habentes, absque conſenſu Conſiſtorii numellas vel catenas, quibus innodati delinquentes conſiſtere ſolent, das Halßeiſen, muris templorum affigere, vel in cœmiteriis palum numellarum, den Stock oder Pranger erigere, teſtatur PETR. THEOD. *Colleg. Crim. cap. 10. aph. 5. num. 7. p. m. 1360.* & CARPZOV. *P. 3. qv. 109. num. 78.* hoc tamen cum diſcrimine, ut Altam, ſeu Superiorem jurisdictionem habens indiſtincte, Baſſa vero præditus non niſi in cauſis ad inferiorem jurisdictionem pertinentibus (quo & Sereniſſimus Elector Sax. blaſphemiam certo modo retulit, *in Ord. Pol. Elect. Tit. 3.* von Gotteslåſtern *§. 3.*) reos iis includere poſſit, *quo de vid.* Magnif. Dn. D. SCHWENDEND. *in not. ad Matth. Berlich. P. 1. concl. 1. num. 13. fol. 1.*

Atque hæc ſunt, quæ hac de utiliſſima materia, non tam ex jure antiquo, quam moderno, & prout nim. hodie in ipſis rerum argumentis obtineat, diſſerere volui, uſum magis, quam inutiles quæſtiones reſpiciens.

D. S. L. H. & G.

Digitized by Google

COROLLARIA.

I. Nobilis vel Actuarius in cauſa cognoſcentes non ſecundum conſcientiam ſuam, ſed ſecundum Acta judicare debent.

II. Nobilibus in liberos nulla competit civilis jurisdictio, nec in judiciis eorum conveniri poſſunt. vid. STEPH. *de Jurisdict. L. 1. c. 1. n. 73. p. 44.* CARPZOV. *P. 4. C. 43. def. pen.* Diſſentit quodammodo *Schilter Ex. ff. 6. th. 15. p. 22.*

GENEROSE ATQVE NOBILISSIME
DOMINE
RESPONDENS,

Quas mihi haut ita pridem de Jurisdictione Nobilium obtuliſti Theſes, tales omnino ſunt, quæ de egregiis in Jure profectibus tuis abunde teſtantur. Præterquam enim, quod talem ſelegeris materiam, quæ per totam fere Jurisprudentiam ſe diffundit, in eo potiſſimum laudem mereris, quod non inutiles inde quæſtiones, ſed quæ in ipſis hodienum obtinent rerum argumentis, uſumque præſtant quotidianum, petieris. Factum hoc tua conditione & perſona digniſſimum. Non enim Scholæ tantum, ſed vitæ præprimis

Digitized by Google

Civitatis in qua vivit; Nobili vel maxime Jurisdictionisque Domino, conveniet ea noſſe, quæ Jurisdictionis ſunt, & ad dirigendum ſuarum ditionum Judicia pertinent, niſi ab Actuariorum ſuorum nutu & arbitrio dependere, ſæpiusque culpa eorum periculo amittendæ Jurisdictionis exponi velint. Pergas igitur laudabili tuo propoſito inſiſtere, quo non tuis tantum propriis, ſed & Publicis & Summis Judiciis, exemplo ILLVSTRIS DOMINI PARENTIS, aliquando, ſummo Reipublicæ bono, præeſſe valeas, quod animitus vovet

Tuus

D. GOTHOFREDVS BARTHIVS.

Ad11471713

Digitized by Google